

Patulcensi|-(6) um⁴ M. Iuventius Rixa vir ornatissimus procurator Aug.⁵ saepius pronuntiaverit, fi|-(7) nes Patulcensium ita servandos esse, ut in tabula aenea a M. Metello⁶ ordinati | (8) essent, ultimoque pronuntiaverit, Galillenses⁷ frequenter retractantes controver|-(9) siae⁸ nec parentes decreto suo se castigare voluisse, sed respectu clementiae optumi | (10) maxime principis contentum esse edicto admonere, ut quiescerent et rebus | (11) iudicatis starent et intra k. Octobres primas de praedis Patulcensium recederent vacuam|-(12) que possessionem traderent; quodsi in contumacia perseverassent, se in auctores | (13) seditionis severe anima adversurum (*sic*); et post ea Caecilius Simplex⁹ vir clarissi|-(14) mus, ex eadem causa aditus a Galillensibus dicentibus: tabulam se ad eam rem | (15) pertinentem ex tabulario principis adlaturus, pronuntiaverit, humanum esse | (16) dilationem probationi dari, et in k. Decembres trium mensum spatium dederit, in|-(17) tra quam diem nisi forma allata esset, se eam, quae in provincia esset, secuturum; |

(18) ego quoque aditus a Galillensibus excusantibus, quod nondum forma allata esset, in | (19) k. Februarias quae p. f.¹⁰ spatium dederim, et moras¹¹ illis possessoribus intellegam esse iucun|-(20) dam: Galillenses ex finibus Patulcensium Campanorum, quos per vim occupaverant, intra k. | (21) Apriles primas decedant. Quodsi huic pronuntiationi non optemperaverint, sciant, | (22) se longae contumaciae et iam saepe denunciatae anim. adversioni¹² obnoxios | (23) futuros. In consilio fuerunt: M. Iulius Romulus leg. pro pr., T. Atilius Sabinus q.¹³ | (24) pro pr., M. Stertinius Rufus f.¹⁴, Sex. Aelius Modestus, P. Lucretius Clemens, M. Domitius | (25) Vitalis, M. Lusius Fidus, M. Stertinius Rufus.¹⁵ | Signatores: Cn. Pompei Ferocis. Aureli | (26) Galli. M. Blossi Nepotis. C. Cordi Felicis. L. Vigelli Crispini. L. Valeri Fausti M. Luta|-(27) ti Sabini. L. Coccei Genialis. L. Ploti Veri. D. Veturi Felicis. L. Valeri Pepli.

Tabula aenea rep. in Sardinia inferiore ad vicum Esterzili, est Sassari (X 7852 vidit Mommsen). Tractavit Mommsen Herm. 2 p. 402 cf. 3, 167. — 1) 48 Mart. 69. — 2) Idem fortasse, quem memorat Dio 67, 3. — 3) Videtur intellegendum esse: capitibus. — 4) Populus hic, nominatus etiam in t. Sardo X 7933, praeterea ignotus est (Palvic- legerunt primi aeris editores). — 5) Sardinia sub procuratoribus fuit, usque ad annum 67, quo anno Nero eam senatui reddidit pro liberata Achaia (Pausan. 7, 47, 3). Cf. Mommsen C. I. L. X p. 777. Rixa hic videtur ultimus fuisse procuratorum. — 6) Consul a. u. 659, qui triumphavit ex Sardinia a. 645. — 7) Populus et ipse ignotus, nisi quod in gemma X 8061, 4 dicitur inscriptum esse Larum | Galillensium. — 8) Scr. controversiam. — 9) Primus ut videtur proconsulum Sardiniae post procuratores, praedecessor L. Helvii Agrippae. Consul suffectus fuit a. 69 exeunte (Tac. hist. 2, 60 cet.). — 10) Proximae fuerunt. — 11) Scr. moram. — 12) Sic, cum puncto inter anim. et adversioni. — 13) Quaestor. — 14) Filius (scilicet eius cuius nomen postea perscriptum, vide not. 15). — 15) Subsequitur filium longo intervallo, scilicet loci minus honorati.